

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. XII. - An maximè sit expetendum vnà cum amico viuere?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

Opp.

*Si amicis agri
du aderit un
nus & idem cum
us sperimini
trifugia neque
nigra serena
restituta & huius
celeritate quia
obat.
fit remittitur
eruptus, &
& frangit utra
v, nemorum vel
en belat.
annus, nam titill
usam dolorum
a conjunctivis
rinsecus tenet
us de obliteris
tib*

Lachrymis praesentis amici alterius amici vulnera
recrudescunt: ergo praesentia amici in calamitate po-
gius auget quam tollit dolorem.

Resp.

*Vulnera amici potius alterius lachrymis curantur,
propter mirificam voluptatem quam ex praesentia a-
mici concipit.*

C A P. XII.

*An maximè sit expetendum vna cum a-
mico viuere?*

MA X I M A vis amicitiae (vt rerum *Cum amico
Omnium*) in vsu ponitur, hic verò *vna viuere,*
vsus est vt serenissimam amici frontem *summopere
(in qua mens pingitur) expetendum
eſſe.*
ris. Ferūt ex oculis amantē; cōcludit hic
philosophus ex aspectu amicū plurimū
recreari: oculi. n. amicorū sunt quasi fe-
nestræ, per quas apertas omnes animi la-
tebras & recessus non secus ac si essemus
illic, iutuemur. Absurdum ergo illud nō
est, quo tanquam epiphonemate conclu-
dit hunc librum Arist. nimirum quod in
vera amicitia maximè sit expetendum *v-
na cum amicis viuere.* Nā vt periti gubernato-

natoris præsentia nauem in portum ducit, absentia periculum naufragij facit: ita aspectus & consolatio amici summam animi quietem, distractio verò metum ac obliuionem parit. Hoc probat philosophus primùm ab ipsa natura amicitiae, tum à proprietate cuiusque hominis, postremò à cōsuetudine vitæ: A natura amicitiae, quia est quædam vnius cum altero communitas: A proprietate cuiusq; quia suus cuiq; est in seipso oportibilis sensus, ergo etiam in amico qui est alter idē: A cōsuetudine vitæ, quia ut sapientes cū philosophis, ut vinolenti cum bibulis, ut stulti cum otiosis, omnes denique id genus alij cum sui similibus peroptant totos diues & ætates conterere: ita studiosi amici cum suis amicis discipiunt vitam sine ullo diuortio in perpetuum trāsigere. Hoc docet Arist. non quod nō possit esse fidelis amicus, loco si absit; sed quod intervata omnia & optata hoc ynum vel maximum esse debeat, ut si fieri possit, amicus sub eodem quasi techo amico perfruatur.

Confortium
malorum nō
potest esse si-
da amicitia.

Vnum nunc superest, ut cum philosopho

lectorem moncamus nullum malorum

con-

consoritum esse amicitiam: vitanda ergo est prauorum consuetudo, nam labem & contagium habet. Aspidem sub lingua, venenum sub hamo dissimilator offert: si terigeris dormiendum, si gustaueris pereundum erit. Est enim in tali amicitia frons sine corde, fraus sine fide. Quid multis? sit ergo haec conclusio: malorum amicitia amicitia non est; nam leuis est, fraudulenta est, perniciosa nunc est & semper erit.

Distinctio.

Interna, quæ aspectum amici semper non requirit, ut antea probauimus.

Duplex delectatio ex amicitia nascitur, vel

Externa, quæ praesentiam amici maximè desiderat, quia

Amicitia quoad existentiam est communicatio vinis cum altero.

Amicus est alter idem, in quo est maxima delectatio.

Amicus praesens magis quam absens iuuat & consolatur.

Opp.

Felicitas est maximè expetenda: sed vivere cum amico non est felicitas, ergo vivere cum amico non est maximè expetendum.

Resp.

Per maximè expetendum, maximè iucundum & delectabile hoc loco intelligitur, & sic est maximè expetendum

tendum cum amico viuere si existentiam & necessitatem vita, non si essentiam & perfectionem virtutis & felicitatis spectes, qua per se & vi sua maxime extuntur.

Opp.

Magis est experendum habere longè absentem amicum quam cum amico misere & infortunatè simul viuere: ergo viuere vna cum amicis non est maxime delectabile.

Resp.

Argumentum non sequitur, nam fidus amicus necessitatem amici respicit, maximeq; tum cum opus est reficit ac consolatur. Nam quamuis, ut antea docuimus, praesentia amici sit maxime iucunda in rebus prosperis, si libertatem actionis in utroque consideres; premente tamen necessitate medici loco est verus amicus, qui pharmaca consilij & solatij prudenter & opportunè propinet. Sed satis dicta sint de amicitia.

LAVS DEO.

LIBER